

# Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

## Lavanter Diözese.

### Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo.

**Inhalt:** 1. Allocutio Pii PP. X., habita in Consistorio die 16. Decembris 1907. — 2. Epistola Pii PP. X. de nova editione Vulgatae Latinae s. Scripturae. — 3. Summarium Indulgentiarum Ordinis B. V. Mariae de Monte Carmelo. — 4. Legitimation durch

nachgefolgte Ehe und Vaterschaftsprotokoll. — 5. Pastoralna konferenčna vprašanja za leto 1908. — 6. Teologična vprašanja za leto 1908. — 7. Pfarrfonskursprüfungen. — 8. Sveta olja. — 9. Diözesan-Nachrichten.

## 1.

## Allocutio Pii PP. X., habita in Consistorio die 16. Decembris 1907.

Venerabiles Fratres!

Relicturus Ecclesiam, quam sanguine suo acquisiverat, ac transiturus de hoc mundo ad Patrem, Christus dominus id nobis, nec semel nec obscure, praenuntiavit, fore nos insectationibus inimicorum perpetuo premendos, neque unquam in hisce terris carituros adversis. Scilicet hoc sponsae debebatur quod Sponso obtigerat; ut quo modo Huic dictum fuerat: „Dominare in medio inimicorum tuorum,“<sup>1</sup> sic illa per medios hostes mediasque pugnas a mari dominaretur usque ad mare, donec, promissionis terram ingressa, perenni tranquillitate feliciter potiretur. — Quod utique divini Reparatoris oraculum, ut nullo non tempore, sic modo impleri ad unguem videmus. Alibi quidem acie apertaque dimicatione, astu alibi abstrusisque insidiis, attamen ubique Ecclesiam oppugnari conspicimus. Quidquid illius est iurium impetratur ac proculeatur: leges vel ab iis despiciuntur, quorum esset earundem tueri auctoritatem: impia interea impudentique ephemeredum colluvie fidei sanctitas morumque nitor maculatur, detimento animorum maximo, nec minori civilis consociationis damno ac perturbatione; quod ipsi, ut alias saepe, sic non ita pridem vel inter nostrarates vestris fere oculis usurpastis.

Sed his aliud modo additur malum plane gravissimum: sollicitum quoddam studium late increbrescens novarum rerum, disciplinae omnis ac potestatis impatiens; quod Ecclesiae doctrinas ipsamque adeo revelatam a Deo veritatem impetens, nititur religionem sanctissimam a fundamentis convellere. Eo nimur ducuntur (utinam pauciore numero!) qui eius, quam vulgo scientiam et criticen et progressionem et humanitatem dicitant, auda-

cissimas opiniones coeco fere impetu amplectuntur. Hi quidem, spreta tum Romani Pontificis tum Episcoporum auctoritate, methodicam invehunt dubitationem impiissimam circa ipsa fidei fundamenta; ac, praesertim si de clero sunt, catholicae theologiae studia aspergunt, philosophiam, sociologiam, litteraturam e venenatis fontibus hauriunt; tum vero conscientiam quandam laicam catholicae oppositam pleno ore concrepant; sibique ius simul officiumque adrogant catholicorum conscientias corrigendi ac reformati.

Lugendum plane foret si homines eiusmodi, Ecclesiae gremio relicto, ad apertos hostes convolarent: verum longe magis dolendum est quod eo devenerint caecitatis, ut se adhuc Ecclesiae filios reputent et iacent, eierato quamvis, factis etsi forte non verbis, fidei sacramento, quod in Baptismate edixerunt. Sic porro, falaci quadam animi tranquillitate ducti, christiana etiam sacra frequentant, sanetissimo Christi Corpore reficiuntur, quin et ad altare Dei, quod plane horrendum, sacrificaturi accedunt: inter haec tamen, quae praedicant, quae agitant, quae pertinaciā summā profitentur illos a fide excidisse demonstrant, dumque se navi duci autumant foede naufragium fecisse.

Decessorum Nostrorum exemplo, qui vigilantia maxima constantissimo pectore sanam doctrinam tutati sunt, solliciti ne quid ei labis aspergeretur, Nos quoque, apostolici praecepti memores „Bonum depositum custodi“<sup>1</sup> decretum „Lamentabili“ nuper edidimus, mox vero Litteras Encyclicas „Pascendi dominici gregis“; atque Episcopos gravissime commonefecimus ut, praeter cetera a Nobis praescripta, sacra praesertim seminaria diligenter custodiant, caventes ne quid capiat detrimenti

<sup>1</sup> Ps. CIX, 2.

<sup>1</sup> II. Tim. 1, 14.

institutio adolescentium, qui in spem sacri cleri educantur: quod, gratulantes dicimus, a plerisque omnibus et volenti animo exceptum est, et strenue perficitur.

Paterno tamen huic studio *ad correptionem animarum errantium* quo pacto ab ipsis errantibus responsum sit non ignoratis, Venerabiles Fratres. Alii quidem, *in hypocrisi loquentes mendacium*, ad se quae dicebamus non pertinere professi sunt, callidis argumentis animadversioni se subducere conantes. Alii vero insolenti superbia, bonorum omnium luetu, apertissime restiterunt Quare, quae sugerebat caritas incassum adhibitis, canonicas demum irrogare poenas, moerore animi maximo, coacti fuimus. Deum tamen, luminum ac misericordiarum Patrem, rogare impensissime non desistimus ut velit errantes in viam revocare iustitiae. Id ipsum et fieri a vobis, Venerabiles Fratres, vehementer optamus, illud minime dubi-

tantes omnem operam Nobiscum vos impensuros ad hanc lucem errorum quam latissime prohibendam.

Nunc autem ut hodierni conventus vestri rationem attingamus, hoc primum monere vos volumus, postquam iteratis postulationibus dilecti Filii Nostri Iosephi Sebastiani Neto de resignando olyssiponensi patriarchatu diu amantissimeque restitimus, resignationem ipsam demum Nos excepsisse. Patriarcham novum, qui in eius locum sucedat, mox in decreto et schedulis consistorialibus designabimus.

Post haec, S. R. E. Cardinales creare ac renuntiare egregios viros quatuor decrevimus, quos sua quemque virtus et variorum administratio munera dignos probavere, qui in amplissimum Collegium vestrum cooptarentur...

In nomine Patris † et Filii † et Spiritus † Sancti. Amen.

## 2.

### Epistola Pii PP. X. de nova editione Vulgatae Latinae s. Scripturae.

Dilecto Filio Aidano Gasquet, abbati, Congregationis Anglo-Benedictinae praesidi

PIVS PAPA X.

DILECTE FILI SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Delatum sodalibus Benedictinis munus pervestigationum studiorumque apparandorum, quibus nova innitatur editio Conversionis Latinae Scripturarum, quae Vulgatae nomen invenit, adeo equidem arbitramur nobile, ut gratulari vehementer non tibi modo, sed sodalibus universis tuis, iis maxime, qui adiutores clari operis erunt, debeamus. Operosum et arduum habetis propositum facinus, in quo sollerter, memoriam patrum, celebres eruditione viri, ipsoque e Pontificum numero aliquot, felici haud plane conatu, elaborarunt. Adiungentibus vobis rei illustri animum, non est dubitationi locus, finem vos conerediti muneris fore assecuturos, qui finis restitutione continetur primiformis textus Hieronymianaee Bibliorum Conversionis, consequentium saeculorum vitio non paullum depravati. Explorata, qua Benedictini Sodales pollent, paleographiae historicarumque disciplinarum scientia, eorumque compertissima in pervestigando constantia, certo securoque animo doctos esse iubent perfecta vos investigatione antiquos Codices universos Latinae Scripturarum Interpretationis, quotquot adservari in Europae bibliothecis ad haec tempora constat, esse examinaturos; idque praeterea habituros curae, Codices ubique conquerire in lucemque proferre, qui usque adhuc incomerti lateant. Has vero conquisitiones valde exoptandum ut, quo minore fieri negotio possit, persequi cuique vestrum fas sit; ideoque praefectis

tabulariorum bibliothecarumque studia vestra impense commendamus, nihil ambigentes quin, pro sua in doctrinas Librosque sacros voluntate, omnem vobis gratiam imperiant. — Singularis praestantia rei, et concepta de vobis ab Ecclesia expectatio; ingenium item horum temporum, quibus illud certe dandum est laudi, pervestigationes istiusmodi ita perficere ut nulla ex parte reprehendendae videantur: talia haec profecto sunt ut aperte inde apparet, oportere id opus ad absolutionem plane ac perfectionem afferri, duetique confici normarum, quae plurimi apud disciplinas id genus aestimentur. Evidem intelligimus longo vobis opus esse temporis spatio, ut munus exitu fausto concludatis; talis namque agitur res, quam animis aggredi et perficere necesse est curarum et festinationis expertibus. Neque vero perspicuum minus Nobis est, quam multa pecuniae vi tam amplio exequendo consilio sit opus: ob eamque rem spem libet amplecti non defuturos immortali operi qui de suis fortunis adiutores velint se dare, bene de Sacris Litteris ac de christiana Religione merituri. Eos Nos, perinde atque vos, initio egregii facinoris, hortatione prosequimur, velint Nobiscum adiumentum operi afferre; quandoquidem qui bona impendunt studia, liberalibus debent manibus fulciri. Auspicem luminum gratiarumque coelestium, indicemque praecipuae dilectionis Nostrae Apostolicam benedictionem tibi iisque universis ac singulis, qui studium opemve praestantissimo facinori contulerint, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die III. Decembris anno MCMVII, Pontificatus Nostri quinto.

PIUS PP. X.

3.

# Summarium Indulgenciarum ordinis Beatissimae Virginis Mariae de Monte Carmelo.

## Cap. I.

### De Indulgentiis pro ipsis religiosis.

#### § 1. *Indulgentiae plenariae.*

Die qua habitum religiosum a legitimis superioribus receperint. — *Conditiones:* confessio et communio. — *Concessit:* Paulus V. sub die 23. Maii 1606.

Die qua post completum probationis annum religiosam professionem emiserint. — Confessio et communio. — Paulus V. sub die 23. Maii 1606.

In festo principali Ordinis. — Confessio, communio et preces. — Paulus V. sub die 23. Maii 1606.

Die qua primam Missam celebraverint vel illi interserint. — Confessio et communio. — Paulus V. sub die 23. Maii 1606.

Iis qui de suorum superiorum licentia per decem dies spiritualibus exercitiis vacaverint. — Confessio, communio et per duas horas quotidie orare mentaliter. — Paulus V. sub die 23. Maii 1606.

Diebus Epiphaniae et Exaltationis S. Crucis et cum viaticum sunt recepturi, suam professionem solemniter renovaverint. — Confessio, communio et preces praecipue pro conversione infidelium. — Paulus V. 19. Iulii 1606, confirmata a Gregorio XV. 5. Febr. 1623.

Die anniversario suaे religiosae professionis. — Confessio, communio et ecclesiae visitatio. — Pius VIII. 4. Dec. 1829.

Die commemorationis defunctorum Ordinis. — Confessio, communio et ecclesiae visitatio. Pius X. 26. Augusti 1904.

Quoties per spatium unius horae ultra solitas religionis Deum adprecaverint pro infidelium conversione; aut pro iis qui ad obtainendas huiusmodi conversiones incumbunt. — Confessio et communio. — Paulus V. 19. Iulii 1606, confirmata a Gregorio XV. 5. Febr. 1623.

Quoties ad eundem effectum extraordinariam disciplinam, seu mortificationem fecerint. — Confessio et communio. — Paulus V. 19. Iulii 1606, confirmata a Gregorio XV. 5. Febr. 1623.

Die 2. Augusti. indulgentia portiunculae toties quoties. — Confessio, communio et ecclesiae propriae visitatio. — Leo XIII. 22. Iulii 1890.

A Praesulibus in Capitulis sive Generalibus sive Provincialibus pro solis suffragantibus gremialibus concedenda. — Gregorius XV. 12. Martii 1623.

A Visitatoribus post canonicam visitationem danda. — Gregorius XV. 12. Martii 1623.

In suscipiendo itinere et in ingressu Missionis religiosis qui de licentia Summi Pontificis, aut suorum superiorum in terras haereticorum ad concionandum, aut

catholicos docendum missi fuerint. — Confessio et communio. — Paulus V. 23. Maii 1606.

In visitationibus generalibus cum superior pro bono visitationis orationes 40 horarum collocare voluerit. — Confessio, communio et per duas horas coram Sanctissimo orare. — Paulus V. 23. Maii 1606.

In eiuslibet mortis articulo. — Confessio, communio vel, si nequierint, saltem contriti nomen Iesu ore vel corde invocaverint. — Paulus V. 23. Maii 1606.

In eodem mortis articulo a superioribus consueta formula concedenda. — Gregorius XV. 12. Martii 1623.

In conventibus ubi non est erecta confraternitas S. Scapularis, vel non fit processio mensilis, religiosi lucrari possunt indulgentiam plenariam si in choro, vel si choro interesse nequierint, privatim litanias sanctorum recitaverint. — Confessio et communio. — Clemens X. 8. Maii 1673.

Sanetimoniales in die earumdem velationis. — Confessio, communio et preces. — Benedictus XIII. 6. Aprilis 1728.

Eadem sanctimoniales Ordinis diebus quibus in fratrum ecclesiis quater in anno impertitur super populum benedictio Papalis. — Confessio, communio, visitatio ecclesiae et preces de more. — Pius IX. 17. Septembris 1872.

Absolutionem generalem cum indulgentia plenaria recipere poterunt diebus :

Nativitatis Domini, Circumcisionis, Epiphaniae, Passchatis Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, SS. Trinitatis, Corporis Christi, Sacratissimi Cordis Iesu; Purificationis B. V. Mariae, Annuntiationis eiusdem, Visitationis eiusdem, Assumptionis B. V. Mariae, Nativitatis eiusdem, Praesentationis eiusdem, Immaculatae Conceptionis eiusdem; in festo S. Iosephi Sponsi B. M. V. die 19. Martii, in festo Apostolorum Petri et Pauli, S. P. N. Eliae Prophetae, S. Matris Teresiae, S. Ioannis a Cruce Conf., Omnia Sanctorum, Omnia Sanctorum Ordinis. Singulis diebus per totam maiorem hebdomadam. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Junii 1907.

#### § 2. *Privilegium.*

Altare quodecumque privilegiatum erit pro animabus ipsorum religiosorum et monialium defunctorum. — Clemens X. 10. Septembris 1670, et Pius IX. 22. Junii 1865.

#### § 3. *Indulgentiae stationum.*

Religiosi intra claustra viventes, qui suam ecclesiam visitaverint diebus stationum, easdem indulgentias stationales lucrantur quas consequerentur perinde ac si visitarent personaliter ipsas ecclesias stationales. — Paulus V. 23. Maii 1606.

§ 4. *Indulgentiae partiales.*

Religiosi intra claustra viventes, qui orationem Dominicam quinque, et toties salutationem Angelicam ante altare eorum ecclesiae in quolibet die recitaverint, lucrantur quinque annos indulgent. totidemque quadragenas. — Paulus V. 23. Maii 1606.

Qui de suorum superiorum licentia extra claustra degentes tamquam praedicatores et lectores, vel in itinere orationem Dominicam quinque, et toties salutationem Angelicam ante quodlibet altare recitaverint, etiam quinque annos totidemque quadragenas indulgent. lucrantur. — Paulus V. 23. Maii 1606.

Religiosi qui per mensem integrum singulis diebus per spatum dimidiae horae mentalem orationem fecerint, confessi ac ultima Dominica sacra communione fuerint refecti, sexaginta annos indulgent. totidemque quadragenas lucrantur. — Paulus V. 23. Maii 1606.

Religiosi qui contrito corde et poenitentes in capitulis culparum, eorum culpas et peccata ac imperfectiones accusabunt, et spiritualiter communicaverint, ac virtutum exercitium facient, lucrantur tres annos indulgent. totidemque quadragenas. — Paulus V. 23. Maii 1606.

Religiosi deosculantes SS. Crucifixum quem secum ipsi retinere solent, elicientes actum contritionis lucrantur semel in die quinque annos indulgent. — Benedictus XIV. 26. Febr. 1743.

Religiosi gestantes crucifixum, vel simplicem crucem circa pectus easdem indulgentias lucrantur, que concessae fuerunt crucebus, rosariis et imaginibus ad instantiam Marchionis de Villena.<sup>1</sup> — Paulus V. 19. Iulii 1606, confirmata a Gregorio XV. 9. Octobris 1621.

<sup>1</sup> Nempe: a) Indulgentia plenaria si confessi ac s. communione refecti recitaverint unum *Pater* et *Ave Maria*, vel alio quocumque modo oraverint ad mentem S. S. pro exaltatione sanctae Matris Ecclesiae, haeresum extirpatione, et pro animabus purgatorii. b) Si recitaverint coronam aut tertiam eius partem, vel Officium B. V. Mariae, vel septem Psalms poenitentiales, aut Officium defunctorum, aut tandem quamcumque ex litanis generalibus aut particularibus Domini vel B. Virginis, lucrantur omnes indulgentias eo die quas lucrarentur visitando ecclesias Urbis intra vel extra moenia existentes. c) Quotiescumque in honorem SS. Nominis Iesu, vel eius quinque plagarum recitaverint quinque *Pater Noster*; aut ad honorem SS. Nominis Mariae quinque *Ave Maria*; aut aliud quoicumque pro illius amore, vel alterius Sancti devotione fecerint, lucrantur biscentum annos indulgentiarum. d) Quandocumque examen conscientiae peregerint, et culparum suarum poenituerint, aut propositum habuerint peragendi sacramentalem confessionem, lucrantur sexaginta annos indulgentiarum. e) Quoties opus aliquod misericordiae compleverint, aus SS. Sacramentum sociaverint, aut Missam vel praedicationem audierint, aut devotam lectionem vel meditationem peregerint ad spiritus fervorem acquirendum, bonosque propositos concipiendos; aut Deo commendaverint animas Purgatorii, vel pro iis qui peccato mortali gravati sunt oraverint, lucrantur centumquinquaginta annos indulgentiarum. f) Duodecies infra annum conceditur, si celebraverit, vel celebrare fecerit quinque Missas, ut liberare

Religiosi et sanctimoniales deosculantes scapulare superiorum lucrantur centum dies indulg. — Pius X. 12. Iunii 1907.

§ 5. *Privilegia quoad Indulgencias.*

Religiosi concessionares tempore praedicationis eisdem privilegiis gaudent, quibus fruuntur religiosi Congregationis Passionis D. N. I. C.<sup>1</sup> — Pius X. 16. Iulii 1906.

Religiosi et moniales tempore infirmitatis cum e suis cellulis exire non valent, in ipsis orantes, omnes indulgentias acquirere poterunt, ac si eorum ecclesias visitarent, commutata etiam si opus fuerit in aliud opus bonum a confessario conditione S. communionis. — Benedictus XIV. 7. Martii 1741, et Leo XIII. 16. Ianuarii 1886.

Religiosi de superiorum licentia extra claustra degentes vel itinerantes, visitando aliam quamcumque ecclesiam vel publicum oratorium lucrari possunt omnes indulgentias, quas lucrarentur si ecclesiam Ordinis visitarent. — Pius X. 12. Iunii 1907.

Cap. II.

**Indulgentiae pro omnibus Christifidelibus ecclesiis ordinis B. M. V. de Monte Carmelo visitantibus.**

§ 1. *Indulgentiae plenariae.*

1. Ian. in Circumcisione Domini. — *Conditiones:* confessio et communio. — *Concessit:* Pius X. 12. Iunii 1907.

2. Febr. in festo Purificationis B. V. Mariae. — Confessio et communio. — Clemens X. 8. Maii 1673.

4. Febr. in festo S. Andreae Corsini Ep. Conf. — Confessio et communio. — Clemens X. 16. Maii 1672.

15. Febr. in festo S. Petri Thome Ep. et Mart. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

possit una anima (exinde indulgentia plenaria lucratur pro defunctis) singulis vicibus e Purgatorio. g) Qui die Veneris ob memoriam Passionis D. N.; vel die Sabbati ob devotionem B. Virginis ieunaverit septem annos totidemque quadragenas lucratur: et si per totum annum id fecerit, indulgentiam plenariam. h) Conceditur omnium defectum remissio inadvertenter commissorum in recitatione Officii vel Missae auditio si recitaverint *Pater Noster* et *Ave Maria*, vel Psalmum *Laudate Dominum omnes gentes*; vel commemorationem fecerint B. Virginis cum Antiphona et oratione, vel *Magnificat*: et qui illas ignorant per unam *Salve Regina*; i) In articulo mortis, si invocaverint Nomen Iesu; et si ore nequierint saltem corde, indulgentiam plenariam consequuntur. l) Conceduntur omnes indulgentiae a Sua Sanctitate datae numismatibus et crucibus, pro animabus fideliis eo die defunctorum, si ter *Pater* et *Ave* recitaverint in memoria trium vicium in quibus Christus in horto oravit. m) Omnes istae indulgentiae applicari possunt animabus in Purgatorio detentis, excepta indulgentia in articulo mortis (N. R.).

<sup>1</sup> *Gratiae et facultates Congreg. Passionis D. N. I. C. concessae sunt haec:* 1. Facultas impertiendi postrema die missionum vel exercitorum cum imagine D. N. I. C. e Cruce pendentis supra populum inibi congregatum benedictionem nomine Pontificis; 2. benedicendi coronas precatorias, cruces et sacra numismata: eisque applicandi indulgentias, quas vocant Papales et S. Birgittae; 3. benedicendi coronam Camaldulensem, vulgo coronam Domini; 4. benedicendi

25. Febr. in festo S. Avertani Conf. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

6. Mart. in festo S. Cyrilli Conf. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

19. Mart. in festo S. Ioseph Sp. B. V. M. vel infra octiduum, vel ad octo praecedentes dies si occurrat festum transferri. — Confessio et communio. — Urbanus VIII. 10. Maii 1624.

23. Mart. in festo B. Baptista Mantuani Conf. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

25. Mart. in festo Annunciationis B. V. Mariae. — Confessio et communio. — Clemens X. 8. Maii 1673.

29. Mart. in festo S. Bertholdi Conf. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

8. Apr. in festo S. Alberti Ep. Conf. Legisl. Ord. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

5. Maii in festo S. Angeli Mart. — Confessio et communio. — Clemens X. 16. Maii 1672.

16. Maii in festo S. Simonis Stock Conf. — Confessio et communio. — Pius X. 4. Maii 1804.

cruces cum imagine SS. Crucifixi, cum indulgentia plenaria in articulo mortis, toties quoties; quam indulgentiam, ex mente Pontificis concedentis, lucrari possunt tum is qui crucem possidet, tum omnes alii, qui in articulo mortis eamdem deosculati fuerint corde contrito; 5. benedicendi coronas cum indulgentia a Leone X. primitus concessa, quingentorum dierum pro quolibet *Pater* et pro quilibet *Ave*; 6. recipiendi christifideles utriusque sexus in quacumque societatem, seu confraternitatem, quae ab Apostolica Sede sit approbata; ac earumdem scapularia benedicendi atque imponendi: (Tempore autem Missionis, necesse non est singulis personis scapulare imponere; cum quisque per se sibi imponere possit, dum sacerdos impositionis verba pronunciat: nec singularum personarum nomina oportet in Album illius Ordinis inferre, ad quem societas pertinet); 7. benedicendi coronas proprias cuiusque ex dictis confraternitatibus. — Perdurante cursu praedicationis Missionarii gaudent privilegio recitandi, loco Officii divini, Officium parvum B. V. Mariae tantum. — Christifideles lucrantur indulgentiam plenariam: 1. intervenientes Missionibus et exercitiis; dummodo peragant confessionem sacramentalem, et communionem suscipiant; 2. infirmi missionibus vel exercitiis interesse cupientes, eandem indulgentiam lucrantur, dummodo opera a confessariis imposita adimpleverint; 3. christifideles si missionibus vel exercitiis interfuerint, et his perdurantibus non potuerint sacramentalem confessionem peragere, nec sacram communionem suscipere, eamdem indulgentiam lucrantur, dummodo haec omnia praestiterint in uno die e quindecim diebus subsequentibus; 4. tandem christifideles qui confessi ac s. communione refecti, etsi praedicationi haud intererint, praesentes tamen erunt benedictioni quae elargitur in fine missionum et exercitiorum, indulgentiam plenariam lucrantur. — Christifideles qui catecheses seu conciones tempore missionum et exercitiorum audierint, ac interfuerint sacris functionibus earumdem missionum et exercitiorum, lucrantur toties quoties indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum.

*Sanctimoniales Carmelitae Excalceatae lucrari poterunt indulgentias scapularis caerulei Immaculatae Conceptionis, quin ipsum scapulare induere teneantur, uti constat ex concessione Pii PP. IX. diei 28. Octobris 1856 (N. R.).*

25. Maii in festo S. Mariae Magd. de Pazzis Virg. — Confessio et communio. — Clemens X. 16. Maii 1672.

2. Iulii in festo Visitationis B. V. Mariae. — Confessio et communio. — Clemens X. 8. Maii 1673.

16. Iulii in Commemoratione solemnii B. V. M. de Monte Carmelo toties quoties. — Confessio et communio. — Leo XIII. 16. Maii 1893.

Item infra octavam eiusdem solemnitatis. — Confessio et communio. — Benedictus XIV. 17. Martii 1752.

20. Iulii in festo S. Eliae Proph. et Ordinis Dueis. — Confessio et communio. — Benedictus XIII. 6. Sept. 1724.

24. Iulii in festo BB. Teresiae et Sociar. Mm. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

26. Iulii in festo S. Annae Matris B. V. M. — Confessio et communio. — Benedictus XIV. 18. Martii 1744.

7. Aug. in festo S. Alberti Conf. — Confessio et communio. — Clemens X. 16. Maii 1672.

15. Aug. in festo Assumptionis B. V. Mariae. — Confessio et communio. — Clemens X. 8. Maii 1673.

27. Aug. in festo Transverbérationis Cordis S. Matris Teresiae. — Confessio et communio. — Benedictus XIV. 8. Augusti 1744.

2. Sept. in festo S. Brocardi Conf. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

8. Sept. in festo Nativitatis B. V. Mariae. — Confessio et communio. — Clemens X. 8. Maii 1674.

15. Oct. in festo S. Matris Teresiae vel infra octavam. — Confessio et communio. — Gregorius XV. 19. Sept. 1622.

14. Nov. in festo omnium Sanctorum Ordinis. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

21. Nov. in festo Praesentationis B. V. Mariae. — Confessio et communio. — Clemens X. 8. Maii 1673.

24. Nov. in festo S. Ioannis a Cruce Conf. — Confessio et communio. — Pius VI. 29. Ian. 1793.

29. Nov. in festo BB. Dionysii et Redempti Mm. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

8. Dec. in festo Imm. Conceptionis B. V. M. — Confessio et communio. — Clemens X. 8. Maii 1673.

11. vel 17. Dec. in festo B. Franci Conf. — Confessio et communio. — Pius X. 11. Febr. 1905.

#### In festis mobilibus et Domini quibusdam.

In festo SS. Trinitatis. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

In die Ascensionis Domini. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

In solemnitate Corporis Christi. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

In festo SS. Cordis Iesu, ac Nominis. — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

Dominica tertia post Pascha in festo Patrocinii S. Joseph vel infra octavam. — Confessio et communio. — Benedictus XIV. 20. Febr. 1742.

Dominica infra octavam Assumptionis in festo S. Joachim Patris eiusdem Virginis Mariae. — Confessio et communio. — Benedictus XIV. 18. Martii 1744.

Indulgentia plenaria quotidiana die ad libitum (semel in anno). — Confessio et communio. — Pius X. 12. Iunii 1907.

#### In peculiaribus exercitiis.

Dominica Quinquagesimae vel alio anni tempore occasione seu expositione SS. Sacramenti ad formam 40 horarum de consensu Ordinarii. — Confessio et communio. — Urbanus VIII. 10. Maii 1624.

Interessentes expositioni SS. Eucharistiae Sacramenti in ecclesiis Ordinis de licentia Ordinariorum feriis quartis facienda in una earum cuiuslibet mensis per ipsos Ordinarios designanda. — Confessio et communio et oratio per aliquod temporis spatium. — Benedictus XIII. 4. Martii 1727.

Interessentes expositioni seu exercitio quod fit in novem fériis quartis, quae praecedunt festum S. Joseph in una earum. — Confessio et communio ac preces coram Sanctissimo Sacramento exposito. — S. C. Indulg. 21. Maii 1765.

Interessentes saltem quater in octavario B. V. M. de Monte Carmelo recitationi horarum canonicarum, Matutini videlicet et Laudum. — Confessio et communio et preces de more. — Leo XIII. 13. Ian. 1902.

Interessentes saltem per quinque vices Novendiali quod praecedit festum S. Teresiae. — Confessio et communio tempore Novendiali aut festi aut intra octavam. — Pius X. 12. Iunii 1907.

Quater in anno, nempe feria 2. vel 3. Paschatis; feria 2. vel 3. Pentecostes; in die Commemorationis solemnis B. V. M. de Monte Carmelo ac in die S. Stephani Protomartyris superiores conventuum in respectivis propriis ecclesiis per se vel per alium ab eis deputatum impertire possunt benedictionem super populum nomine Summi Pontificis cum indulgentia plenaria. — Confessio et communio. — Benedictus XIII. 26. Martii 1723, Benedictus XIV. 18. Augusti 1745 et Leo XIII. 3. Dec. 1895.

#### Privilegium.

Pro unaquaque ecclesia Ordinis concessum est in perpetuum unum altare privilegiatum ab Ordinario loci semel designandum. — Clemens XII. 9. Octobris 1738.

#### § 2. Indulgentiae stationis.

Christifideles, qui diebus stationum aliquam ex ecclesiis Ordinis visitaverint, lucrari poterunt omnes et singulas indulgentias, quas consequerentur visitando in dictis diebus ecclesias Urbis stationales. — Clemens X. 8. Maii 1673.

#### § 3. Indulgentiae partiales.

Christifideles ecclesias Ordinis devote visitantes diebus Nativitatis Domini, Paschatis, Pentecostes, SS. Trinitatis, Solemnitatis Corporis Christi, Immaculatae Conceptionis B. V. Mariae, Nativitatis, Praesentationis, Annunciationis, Visitationis, Purificationis et Assumptionis eiusdem; in festis pariter S. Michaelis Archangeli 29. Sept., SS. Apostolorum Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, Nativitatis S. Ioannis Baptiste, Vocabulorum ecclesiarum Ordinis, Inventionis et Exaltationis S. Crucis; ac tandem Dominicis et Sabbatis anni totius, ac in fériis secunda, quarta et sexta Quadragesimae, lucrantur indulgentiam decem annorum totidemque quadragenarum. — Pius X. 12. Iunii 1907.

Christifideles interessentes expositioni SS. Eucharistiae Sacramenti in ecclesiis Ordinis in fériis quartis totius anni, de licentia Ordinariorum facienda, singulis vicibus consequuntur indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum. — Benedictus XIII. 4. Martii 1727.

Christifideles interessentes Novendiali, quod praecedit festum Commemorationis B. V. M. de Monte Carmelo, singulis vicibus lucrantur indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum. — Pius X. 12. Iunii 1907.

Christifideles interessentes Novendiali, quod praecedit festum S. Teresiae Virg., singulis vicibus lucrantur indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum, (qui autem saltem per quinque vices interfuerint, indulgentiam plenariam consequuntur positis conditionibus confessionis et communionis vel tempore novendialium, vel festi, vel saltem infra octavam). — Pius X. 12. Iunii 1907.

Christifideles interessentes in Octavario Commemorationis solemnis B. V. M. de Monte Carmelo recitationi horarum canonicarum, Matutini videlicet ac Laudum, singulis vicibus indulgentiam tercentorum dierum consequuntur. — Leo XIII. 13. Ian. 1902.

Christifideles interessentes exercitio et orantes coram SS. Sacramento exposito in novem fériis quartis, quae praecedunt festum S. Joseph, singulis vicibus lucrantur indulgentiam centum dierum. — Clemens XIII. 21. Maii 1765.

Christifideles qui assistunt Antiphonae, quae post Completorium quotidie aut quibusdam diebus aliquantulum ante crepusculum solemniter cantatur, lucrantur biscentum dies indulgentiae. — Clemens X. 8. Maii 1673 et Pius X. 12. Iunii 1907.

Omnes indulgentiae in praesenti Summario enumeratae applicari possunt animabus in Purgatorio detentis, excepta indulgentia in articulo mortis. — Pius X. 12. Iunii 1907.

#### Decretum.

Quum Prior Generalis Ordinis Carmelitarum Antiquae Observantiae et Praepositus Generalis Ordinis Carmelita-

rum Discalceatorum huic S. Congregationi Indulgentiis Saerisque Reliquiis praepositae novum Summarium indulgentiarum utriusque Ordinis approbadum exhibuerint, novis in eodem additis indulgentiis nuper concessis, aliisque, quae in veteribus Summariis continebantur, deletis et abrogatis, et eadem S. Congregatio illud uni ex suis Consultoribus expendendum tradiderit, qui, denuo perpensis omnibus documentis, testatus est indulgentias, pri-

vilegia nec non indulta, inibi relata, esse authentica, S. Congregatio illud approbavit typisque mandare benigne permisit.

Datum Romae, e Secretaria eiusdem S. Congregationis, die 31. Iulii 1907.

S. Card. Cretoni, Praefectus.

† D. Panici, Archiep. Laodiceen., Secretarius.

#### 4.

### Legitimation durch nachgefolgte Ehe und Vaterschaftsprotokoll.

Im kirchlichen Verordnungs-Blatte für die Lavantner Diözese (Cerkveni zaukaznik za Lavantinsko škofijo) vom 15. August 1907, IX, Abs. 72, wurde den Herren Matrikelführern der Erlaß der k. k. Statthalterei in Graz vom 4. Juli 1907, Bl. 6<sup>2298</sup><sub>2</sub> 1907, betreffend die Legitimierung unehelicher Kinder zur Kenntnis gebracht.

Im Nachhange zu diesem Erlass hat die k. k. Statthalterei in Graz unter dem 8. Dezember 1907, Bl. 6<sup>2298</sup><sub>5</sub> 1907, folgendes Schreiben anher gerichtet:

„Mit Beziehung auf die h. ä. Zuschrift vom 4. Juli 1907 Bl. 6<sup>2298</sup><sub>2</sub> beeckt sich die Statthalterei dem hochwürdigen fürstbischöflichen Ordinariate ein hierannts verfaßtes, den bestehenden Vorschriften entsprechendes Formulare, für die vor den Matrikelführern zum Zwecke der taufbücherlichen Beurkundung der durch nachgefolgte Verehelichung eingetretenen

Legitimation unehelicher Kinder zur Abgabe gelangenden Vaterschaftserklärungen zu übermitteln, und dessen Einführung bei den Pfarrämttern zu empfehlen.“

Das erwähnte Formulare, das zur Einführung der F.-B. Pfarrämttern hiemit empfohlen wird, lautet:

3. .... Protokoll Abschrift.

aufgenommen bei dem Pfarramte in ..... am .....

Gegenstand ist das Ansuchen der Eheleute .....

um die Beurkundung der durch die nachgefolgte Ehe eingetretenen Legitimation ihres aufzerehelichen Kindes .....

#### Anwesen d

		Vor- und Zuname	Geburtsort, Tag, Jahr	Heimatgemeinde, Bezirk	Religion	Beschäftigung	Wohnort
Vater	des Kindes						
Mutter							
Zeuge							
Zeuge							

1. .... (Kindesvater) gibt an:

Ich bekenne hiemit, daß ich der Vater des am

190 ... in ..... von .....

unehelich geborenen und vor dem Pfarramte in ..... am ..... auf den Namen ..... getauften Kindes bin.

Da ich die Kindesmutter laut Trauungsscheines des Pfarramtes ..... dto. ....

3. .... am ..... 19 ..... geehe.

lich habe, stelle ich das ausdrückliche Begehr, daß mein Bekenntnis und mein Name in die Geburtsmatriken dieses Kindes eingetragen werde.

2. .... (Kindesmutter) erklärt:

Ich bekenne, daß die von meinem Ehegatten abgegebene Vaterschaftserklärung richtig ist, und stimme dem von ihm gestellten Begehr vollinhaltlich zu, da er der natürliche Vater meines vorangeführten Kindes ist.

Die Vormundschaftsbehörde derjelben ist das .....

Wir übergeben hiemit den Taufchein unseres Kindes sowie unseren Trauungsschein und bitten um seinerzeitige Rückstellung dieser Dokumente.

3. Die Zeugen

„..... geben übereinstimmend folgendes an:

Wir bestätigen, daß wir die beiden hier anwesenden Ehegatten persönlich kennen, und daß vor uns sich tatsächlich als Vater des in Rede stehenden Kindes bekannt und die Einschreibung seines Bekennnisses

und Namens in die Geburtsmatriken desselben ausdrücklich verlangt hat.

Nach Verlezung geschlossen und gefertigt.

Kindesvater.

Kindesmutter.

Matrikelführer.

Zeuge.

L. S.

Zeuge.

5.

Pastoralna konferenčna vprašanja za leto 1908.

1. Apologetični pouk v šoli. Se li naj priporoča in kako se naj goji?

2. Kaj uči sveta katoliška Cerkev o štrajku? Kako se naj ravna katoliški duhovnik nasproti štrajku?

6.

Teologična vprašanja za leto 1908.

1. Distinctione inter criteria revelationis naturalia et supernaturalia facta, quae vis probandae revelationis divinae tam illis quam his insit, demonstretur et argumentis theologicis et philosophicis probetur.

2. Decretum S. Congregationis Concilii „Ne temere“ de die 2. Augusti 1907<sup>1</sup> de sponsalibus et matrimonio

<sup>1</sup> Vide: Kirchliches Verordnungs-Blatt für die Lavanter Diözese — Cerkveni zauzakznik za Lavantinsko škofijo — de die 15. Sept. 1907. Num. X. art. 78.

explicetur et cum Concilii Tridentini cap. I. „Tunetsi“ sess. XXIV. de reform. matrim. comparetur ac puncta discrepantiae circa sponsalia et matrimonium in hoc decreto et in illo capite et ideo in lege quoque matrimoniali imperii austriaci, caeterum parochis strenue servanda, accurate exponantur.

3. Kateheza o pripravi za sv. obhajilo se naj spiše in popolnoma izdela za učence četrtega šolskega leta. (Srednji katekizem vpr. 539—547).

7.

Pfarrkonkursprüfung.

Dieselben finden im Jahre 1908 am 5. 6. und 7. Mai und am 1. 2. und 3. September in der Fürstbischöflichen Ordinariatskanzlei in Marburg statt. Die Gesuche um Zulassung zur Pfarrkonkursprüfung sind wenigstens 14 Tage

vor der Prüfung durch das betreffende F. B. Dekanalamt beim F. B. Ordinariate einzubringen. (Actiones et constitutiones Synodi dioecesanae anno 1900 peractae. Marburgi, 1901. Pag. 563 sq. lit. a).

8.

Sveta olja

se bodo delila po navadi na Veliki četrtek v knezoškofijski pisarni. Posodice naj se poprej skrbno osnažijo.

9.

Diözesan-Nachrichten.

Bestellt wurde als Provisor in St. Lorenzen bei Wijell Herr Johann Hribar, geistlicher Deßzientpriester in Rieß.

Gestorben ist Herr Johann Pavlič, Pfarrer in St. Lorenzen bei Wijell, am 19. Jänner im 47. Lebensjahre.

F. B. Lavanter Ordinariat zu Marburg,

am 25. Jänner 1908.

† Michael,  
Fürstbischof.